

Joannes 177  
ginitate ve-  
luri Angelus.  
Bostr.

Joannemque al oquuros. Titus Bostrensis  
in cap. Luc. expendens, quod Angelus loquitur  
cum Zacharia, Sacratissima Virgine, Jo-  
seph, ac Pastoribus, ait: Deus & Dei Angelus  
non apparent promiscue hominibus, sed iis, qui  
puro, castoque sunt animo.

50.

Sexto Non revelantur hæc immediatè à deo,  
sed per Angeli ministerium, ut excellens Jo-  
annis fidelitas ac obedientia a innotescat, qui tot, ac  
tanta credidit uni Dei ministro hæc afferenti,  
ac revelanti. Ad fugiendam Herodis iram Jo-  
seph imperat Angelus. Ecce Angelus Domini  
apparuit in somnis Ioseph dicens: surge, & acci-  
pe puerum, & matrem eius, & fuge in Egyptum.

Matth. 2.

Matth. 2. n. 13. Postquam Magi munera Do-  
mino obtulerunt: Responso accepto in somnis,  
ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi  
sunt in regionem suam. Matth. 2. n. 12. A quo-  
nam responsum accepit, dubitant in er-  
pretes; ab ipso Domino, ait Hieronymus, &  
subdit: Qui manera obtulerunt, à Domino conse-  
quenter responsum accipiunt. Responsum autem  
non per Angelum, sed per ipsum Dominum, ut  
meritorum Ioseph privilegium demonstraretur.

Idem.

D. Hieron.

Difficile assertum, semper Ioseph Angeli di-  
vina mandata intima, & exponunt: Ioseph,  
noli timere accipere Mariam conjugem suam.  
At Magi ab ipso Domino admonentur, videbi-  
tur alicui, quod major honor exhibitus sit Ma-  
gis, dum à Domino præmonentur, quam Ioseph  
dum ab Angelo instruitur: tamen in hoc mi-  
cantius respiciat virtus Ioseph: nam obedire  
Deo, dum deus ipsemet loquitur, & ipsemet  
imperat, præclara obedientia eximiaque fides;  
at obtemperare divinis mandatis, dum per  
Ministrum imponuntur, totius obedientiæ  
summa, ac apex est. Hinc ergo maxime depro-  
mitur clara virtus, ac illustri Ioseph obe-  
dientia indubiata eius fides, dum tanta alacri-  
tate mandata exequitur, non immediate ex Do-  
mini iussu, ut fecerunt Magi, sed ex Ministro  
imperante, ac imponente; quia ubi minor est  
præcipientis auctoritas, majus est obtemperan-  
tis obsequium: Responsum non per Angelum, sed  
per ipsum Dominum, ut meritorum Ioseph privi-  
legium demonstraretur.

Summa est  
obediencia,  
qua non Do-  
mino, sed  
Ministro præ-  
sentatur.

51.

Cum puer Samuel dormiret in templo, vocat  
eum Dominus: Samuel, Samuel; qua voce per-  
cepta, cucurrit ad Heli, dicens. Ecce ego, quia  
vocasti me. 1. Reg. 3. n. 5. Monet eum Heli, se non  
vocasse eum, & quod iterum ad cubile redeat;  
hoc fecit secundo, & tertio. Si Deus vocabat  
eum, quomodo toties concurret ad Heli; res-  
pondent communiter Expositores, quod Deus  
vocabat Samuelem voce simili Heli; sed cur  
Deus voce simili Heli excitat dormientem: cum  
sit commune assertum, quod quando deus lo-  
quebatur cum Prophetis, divina virtute fiebat,  
ut dicta inteligerent, & simul agnoscerent, vo-  
cem esse dei loquentis, ac imperantis: Cur hoc  
non factum est cum Samuel: sed voce simili  
Heli eum vocat: Ut consummata pueri; Samue-  
lis obedientia manifestaretur, dum tam prom-  
ptè somnum interrumpit, & à cubili surgit, vo-  
ce unius ministri totus excitatus; quod Deo  
vocanti tanta diligentia adesset, magna erat  
obediencia; at Heli imperio ea promptitudine  
obsequi, exaggeratio obedientiæ erat. D. Gre-  
gor. Ut vocans, ait, voce, dum Heli putatus est,  
ostenderet, in quanto culmine virtutis staret.

1. Reg. 3.

Obsequi Mi-  
nistro, exag-  
geratio est  
obediencia.

D. Greg.

52.

Alde sublimia Ecclesiæ hic panduntur  
arcana, quæ Joanni revelantur, ut ea  
scribat, ac Ecclesiæ transmittat; ex eo quod  
tam affabiler à Verbo Divino tractatus  
est, ut supra ejus pectus recumberet, sic  
mundatus purificatus ac illustratus est, ut  
tam sublimem cognitionem capere dignus  
sit. Hæc est mens D. Laurentii Justin-  
ser, de S. Joan. Ad imaginem, at, tam su-  
blimis, tamque profunda veritatis, numquam  
attigisset, nisi tractatus à Verbo, didicisset ab  
eo incerta, & occulta Sapientia ejus; didi-  
cit, inquam, non solum qua sempiternaliter  
sunt, & humanis sensibus investigabilia, verum  
etiam multa que futura sunt, id revelante Verbo,  
vas suum agnoscens mundaverat, illustraverat.  
Isto quippe Apostolo, Prophetarum nemo, de  
statu militantis Ecclesiæ, de persecutione ipsius,  
de nostris temporibus, & de futura Sancto-  
rum felicitate, lucidius varicatus est. Expen-  
de illud: tractatus à Verbo. Et iterum: Vas  
suum mundaverat, ac illustraverat.

53.

Secundo Petrus Damian, serm. 2 de S. Joan-  
ne Evang. Consideremus, ait, dilectissimi, quanta  
gloria magnus vir iste credendus est, qui per quod-  
dam adoptionis arcana mysterium filius virginis  
est, & Pater Salvatoris: hinc est, quod montem  
ejus, perpende verba: Omnipotens Deus ad tan-  
tum puritatis, & mystice revelationis culmen eve-  
xit, ut non solum ei statum presentem Ecclesiæ  
ostenderet, sed etiam quod futurum esset usque in  
perpetuum, revelare, unde & ille nobilem suam  
scripsit Apocalypsim, qua nimirum tantis cogno-  
scitur redundare mysteriis, ut tot videatur ha-  
bere sacramenta, quot verba: imò in verbis se-  
culis multipliciter lateat sensus. Magnis præro-  
gativis eminet Joannes in Ecclesiâ, non solum  
Apostolus in suis Epistolis Canonicis, non so-  
lum Evangelista; imò supereminet aliis in  
Evangelio scribendo; sed etiam Propheta in  
Apocalypsi habetur, unde ille ad tam sublimem  
tantorum mysteriorum cognitionem, ac reve-  
lationem, elevatus est & Christus pendens in  
cruce eum matri suæ dedit in filium: Mulier,  
ecce filius tuus. Joan. 19. Ex eo, quod virginis  
filius adoptivus sit, inde tam sublimem rerum  
agnitionem hausit: Filius Virginis; hinc e-  
st, quod mentem ejus omnipotens Deus ad tantam  
revelationis culmen evexit.

54.

Tertio D. August. in Joannem. Ideo, ait, Chri-  
stus Joannem sibi adbarere voluit, quasi ad corfor-  
tationem suam sponse, Ecclesiæ nempe: In hoc Apo-  
calypseos libro, multa iustorum persecutiones  
ac tribulationes narratur; disponit ergo Deus,  
& ordinat, ut tantæ adversitates Joanni reve-  
lentur, ab eoque toti Ecclesiæ proponantur. cu-  
jus tanta erat suavitas, lenitas, ac affabilitas ut,  
dum talia, à Joannis ore referantur, ac manu  
scribuntur, leviora, sua viq; ac tolerabiliora  
fiant. Vide to 5. in Evang. l. 6. c. 8. n. 56. 59. & 61.

55.

Quarto Joanni præ omnibus aliis Apostolis,  
tam

QUESTIO VIII.

Quare ex omnibus Apostolis Joannes eli-  
gitur, ut tot, tantaque Mysteria  
ei revelentur?

Alde sublimia Ecclesiæ hic panduntur  
arcana, quæ Joanni revelantur, ut ea  
scribat, ac Ecclesiæ transmittat; ex eo quod  
tam affabiler à Verbo Divino tractatus  
est, ut supra ejus pectus recumberet, sic  
mundatus purificatus ac illustratus est, ut  
tam sublimem cognitionem capere dignus  
sit. Hæc est mens D. Laurentii Justin-  
ser, de S. Joan. Ad imaginem, at, tam su-  
blimis, tamque profunda veritatis, numquam  
attigisset, nisi tractatus à Verbo, didicisset ab  
eo incerta, & occulta Sapientia ejus; didi-  
cit, inquam, non solum qua sempiternaliter  
sunt, & humanis sensibus investigabilia, verum  
etiam multa que futura sunt, id revelante Verbo,  
vas suum agnoscens mundaverat, illustraverat.  
Isto quippe Apostolo, Prophetarum nemo, de  
statu militantis Ecclesiæ, de persecutione ipsius,  
de nostris temporibus, & de futura Sancto-  
rum felicitate, lucidius varicatus est. Expen-  
de illud: tractatus à Verbo. Et iterum: Vas  
suum mundaverat, ac illustraverat.

Secundo Petrus Damian, serm. 2 de S. Joan-  
ne Evang. Consideremus, ait, dilectissimi, quanta  
gloria magnus vir iste credendus est, qui per quod-  
dam adoptionis arcana mysterium filius virginis  
est, & Pater Salvatoris: hinc est, quod montem  
ejus, perpende verba: Omnipotens Deus ad tan-  
tum puritatis, & mystice revelationis culmen eve-  
xit, ut non solum ei statum presentem Ecclesiæ  
ostenderet, sed etiam quod futurum esset usque in  
perpetuum, revelare, unde & ille nobilem suam  
scripsit Apocalypsim, qua nimirum tantis cogno-  
scitur redundare mysteriis, ut tot videatur ha-  
bere sacramenta, quot verba: imò in verbis se-  
culis multipliciter lateat sensus. Magnis præro-  
gativis eminet Joannes in Ecclesiâ, non solum  
Apostolus in suis Epistolis Canonicis, non so-  
lum Evangelista; imò supereminet aliis in  
Evangelio scribendo; sed etiam Propheta in  
Apocalypsi habetur, unde ille ad tam sublimem  
tantorum mysteriorum cognitionem, ac reve-  
lationem, elevatus est & Christus pendens in  
cruce eum matri suæ dedit in filium: Mulier,  
ecce filius tuus. Joan. 19. Ex eo, quod virginis  
filius adoptivus sit, inde tam sublimem rerum  
agnitionem hausit: Filius Virginis; hinc e-  
st, quod mentem ejus omnipotens Deus ad tantam  
revelationis culmen evexit.

Tertio D. August. in Joannem. Ideo, ait, Chri-  
stus Joannem sibi adbarere voluit, quasi ad corfor-  
tationem suam sponse, Ecclesiæ nempe: In hoc Apo-  
calypseos libro, multa iustorum persecutiones  
ac tribulationes narratur; disponit ergo Deus,  
& ordinat, ut tantæ adversitates Joanni reve-  
lentur, ab eoque toti Ecclesiæ proponantur. cu-  
jus tanta erat suavitas, lenitas, ac affabilitas ut,  
dum talia, à Joannis ore referantur, ac manu  
scribuntur, leviora, sua viq; ac tolerabiliora  
fiant. Vide to 5. in Evang. l. 6. c. 8. n. 56. 59. & 61.

Quarto Joanni præ omnibus aliis Apostolis,  
tam

55.

QUESTIO IX.

Quare Joannes in hoc suo libro ponit  
nomen suum, cum Moyses in suis  
libris illud tacuerit?

Alde mirum, quod Joannes hic in hoc li-  
bro, & n. 4. ac 9. exprimat suum nomen  
cum tamen illud subtraheret Moyses in libris,  
quos scripsit. Quænam major ratio? ea est:  
quia Moyses per proprias manus tradebat li-  
bros suis, suoque populo, qui secum erat; at  
Joannes mittebat Apocalypsim ad absentes,  
quos fortasse non noverat, ne erga eos liber in  
contemptum abiret, sed magnam fidem com-  
pararet, Joannis nomine fuit liber monendus;  
ac custodiendus: hanc rationem assignat D.  
Chryostom. quare cum Moyses non appo-  
suerit proprium nomen in suis libris, illud com-  
muniter affigit Paulus in majori numero sua-  
rum Epistoliarum. Ita ait S. Doctor, homil. 1. in  
cap. 1. ad Romanos. Moyses in quinque libris  
à se scriptis nusquam nomen suum addidit, ne-  
que qui illum subsequi, quæ post illum gesta  
scripserunt; a Paulus ubique Epistoliarum sua-  
rum nomen suum proponit. Rationem assignat:  
Quid ita? quod illi quidem presentibus scribe-  
bat, ac illis supervacanea erat presentia sua de-  
claratio; hic autem è longinquo litteras mitte-  
bat, & sub epistolari, ideoque necessaria erat  
nominis additio.

Deinde Joannes hunc librum mittebat ad  
Episcopos Asia, & nomen præclari viri Au-  
ctoris in titulo libri, multum ei auctoritatis,  
ac æstimationis confert. Dicitur Canticum Can-  
ticorum Salomonis. Cur hic peculiariter ponitur  
homen Salomonis, ut Auctoris libri; cum simi-  
lis titulus non legatur in libro sapientiæ? Præ-  
clare D. Greg. Nyssen, homil. 1. Non otiose mi-  
hi videtur, ait, liber hic ex inscriptione Salomonis  
esse attributus; sed ut lectores cogitent, magnum  
sibi quoddam, & divinum in iis, qua dicuntur,  
expectandum esse: nam cum in summa sit  
admiratione sapientiæ, atque doctrinæ apud omnes  
Salomon Rex, propter id quod dicitur de ip-  
so proditum est testimonium, ideo statim ab  
ejus exordii nominis ejus sit mentio, ut lecto-  
res ingens quiddam, & dignum Salomonis exis-  
timatione & gloria de hoc libro sperent. Quod  
ego idem dico de Joannis nomine in hoc li-  
bro scripto, qui semper magna, & alta erue-  
tabat. Hac etiam mente D. Paulus nomen  
suum scribit in Epist. 1. ad Rom. ut ait D.  
Anselmus ibi: Nomen suum celebre, & omni-  
bus cognitum proponit, ut Romani, audito tanti  
viri nomine, attendant, quid eis persuadere vel-  
let, quid digneur præcipere, ut ad audiendum  
solliciti, & ad obediendum existant prompti.  
Quod ego idem dico de Episcopis Asia, ad  
quos Joannes.

Joanni amico  
intimo reve-  
lat Deus sua  
secreta.

tam abdita secreta, ac sublimia mysteria de-  
tegentur à Christo; ipse speciali dilectionis  
prærogativa à Christo proferebatur, ut per  
Antoniam Christum dilectus diceretur. Di-  
scipulis, quem diligebat Jesus; inde bene infer-  
tur ratio, ob quam ad tam alta secreta fuerit  
admissus; ad verum amicum spectat, sui cordis  
secreta fidelissimo amico detegere, ac aperire,  
nihilque occultum retinere: quod ei manifes-  
tum non faciat. Hanc amicitiam legem inculcat  
Cassiodorus lib. de amicitia, de amici dilectione  
agens; Cum talem, ait, esse oporteat, cui cor-  
tium, & omnia cordis tui arcana committas;  
prius est eligendus, deinde probandus.

Cassiod.

56.

D. Anselm.

Quintò D. Anselmus. Merito, ait, Christus  
Joanni tanta revelavit, qui præcellerat omnibus  
privilegio castitatis, & qui gratia Dei interpreta-  
tur, quia bona omnia, que agebat; divina gratia  
adscribebat, atque omnia tormenta æquan miter  
levabat. Cur Joanni tantum munus scribendæ  
Apocalypseos imponitur, cum ille in Insulâ  
Pathmos exularet, nonne sufficiebat, quod ipse  
Evangelium scriberet? Nonne multi alii erant  
discipuli eximia sanctitatis ad tam magnam  
provinciam agendam: cur ergo Joannes ad tan-  
tum opus assumitur? Multiplicem rationem red-  
dit Anselmus, quia multum gratus erat in be-  
neficiis acceptis quia omnia bona, que agebat,  
Dei gratiæ referbat. Et quia valde generose  
omnia adversa sustinebat: Omnia tormeta aqua  
nimis levabat. Et quia Virgo erat, qui præcelle-  
bat omnibus privilegio castitatis Virginibus, &  
puris maxime cœlestia arcana revelantur. Beda  
Servo suo Joanni, ait, ut per Joannem qui singu-  
laris privilegio castitatis; hæc præ caeteris cernere  
meruit, eadem omnibus suis palam faceret servis.  
Nam ut recte ait D. Paul. in Epist. 33. Quanto  
quis castior moribus, tanto vivacior sensibus.

Beda.

D. Paulin.

57.

Joannes quia  
virgo, ad di-  
vina evolat.

Valde mirum, quod tres Evangelista Mat-  
thæus, Marcus & Lucas, de Christo Domino  
tradunt ea, quæ ad hominem pertinent: Joanni  
tamen reservatur peculiariter ut de paterno si-  
no auriant ea, quæ ad ejus Divinitatem spec-  
tant: In principio erat Verbum, & Verbum erat  
apud Deum Joan. 1. n. 1. Eius eximia Virginitas,  
ac singularis puritas tantum donum promeruit,  
ut auctiorem mentis visum haberet ad altiora  
penetranda Rupertus in Prologo ad ejus Evan-  
gelium: Omnes carnalium serdes, ait, affectuum  
à cordis oculis abstergenda sunt iis, qui in Chris-  
ti schola venerabilibus student literis, ut hanc  
aliquatenus Aquilam prosequi valeant; quam  
verdis juvit munditia, ut claritatem Solis æterni  
per caeteris divina visionis Animalibus, irre-  
verata posset mentis acie contemplari. Expen-  
de illud, quam cordis juvenis munditia.

Joan. 1.

Joan. 19.

54.

D. August.

Maxime exorat Apostolus Paulus suos dis-  
cipulos ad virtutem, ac sanctitatem amplecten-  
dam? atque illis, ut sicut Dei ministros, se ha-  
beant, in castitate, in scientiâ. 2. Corinth. 6. n. 6.  
Maxime expendendus est nexus verborum  
Apostoli: in castitate, in scientiâ. Quis non vi-  
der, castitatis priorem, deinde Sapientiæ locum  
posteriorem esse, ut sit evidens, quod de casti-  
tate, ac puritate fit accessus ad scientiam, ac  
inteligentiam. Sic habes apud Cassian. collat.  
14. c. 16. In quâ, ait, virtutum conjugatione  
evidentissimè nos voluit erudire, de Castitate ad

55.

Tom. I.

59.  
Quare Ioan-  
nes hic ponit  
suum nomen,  
cum Moyses  
in libris illis  
tacuerit.

D. Chryst.

60.  
Cantic. 1.  
Ex nomine  
Auctoris no-  
bilitatur li-  
ber.

D. Nyssen.

1. Rom.  
D. Anselm.

QUESTIO X.

Quare Ioannes, dum magna Mysteria ei hic aperiuntur, se dicit Christi servum, cum illos, quibus Dominus sua secreta revelaverat, non servos, sed amicos dicat?

Questio tamen principaliter inquit: Quare Ioannes, quando altissima secreta ei revelantur à Christo, se dicit eius servum, mittens per Angelum suum servo suo Joanni, cum tamen Christus, quando aperit suis apostolis abdita mysteria, eos non servos, sed amicos vocet: tam non dicant, ait, vos servos, quia servus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quaecumque audivi à Patre meo, nota feci vobis Joan. 15. n. 15.

Respondet primò, & expendo modum loquendi: Servo suo Joanni. Quia nimirum sacri Scriptores, à se quodammodo abeuntes, mente in deum migrant, & divini Spiritus afflatu sensu; loquuntur: imò & verbis prolatis. Ansb. in præsentia, sic ait: Ioannes, tanquam de alio loquitur, dicens, significavit mittens per angelum suum servo Joanni. Quis non consideret, morem esse sanctorum, Scripturæ arum. Hinc est enim, quod de Moysè ait: Erat Moyses vir mitissimus super omnes, qui morabantur in terrâ. Hinc probatissimus Job. dicit: Vir erat in terrâ Hus, nomine Job & erat vir ille simplex, & rectus, ac timeus deum. Hinc etiam dicitur Ioannes, cuius est hæc revelatio in Evangelio suo loquitur, dicens: Discipulus ille, quem diligebat Iesus. In quibus scilicet verbis, atque sententiis, patienter intelligi datur, quia Scriptores sacri eloqui non à se loquuntur, sed ab illo, qui ac eis testimonium perhibere videtur, à summo videlicet, atque omnino vivificante spiritu cuius opus est, loqui per os omnium Prophetarum.

Secundò Ioannes Romæ missus est in ferventis olei dolium: deinde in Patmos insula relegatus, dura, ac sæva tyrannide oppressus, manifestatur ei hujus Apocalypseos revelationes à deo, in qua multæ declarantur suorum persecutiones, ac adversitates, quæ mandantur ei denunciare universæ Ecclesiæ; simulque in crepare, ac arguere Episcopos totius Asiæ, & Principes ac Magnates, iugum valde durum est, inde servus dei nuncupatur, quia ad servum pertinet, non sui arbitrio, sed domini nutu regis; ac gubernari ad omnia, quæ ei mandaverit sive lenia sive aspera Salvian. l. 3. de providentiâ, ac gubernatione Dei: Nulli servorum licet exire, quia Dominus suus imperat, eligere pro arbitrio, & insolentissima abusione, quod placuerit assumere, quod displicuerit, repudiare; sed quæ Domini paraverint faciendo, faciant. Vocatus Samuel cucurrit ad Heli semel, iterum, ac tertio, dicens, Ecce ego, vocasti enim me. Cum Heli intelligeret, puerum à domino vocatum; ait ei Vnae, & dormi, & si deinceps vo. averit te, dic. s. loquere, Domine, quia audivi servus tuus. Reg. 3. n. 9. Cur non instruitur puer ut domino dicat, sicut dixit Heli: Ecce ego, sed mutato stylo loquere, audivi servus tuus? Servum se dicit, ut suam erga dominum in omnibus promptitudinem decla-

Joan. 15. n. 15. Sacri Scriptores spiritu Dei afflati loquuntur. Job. 1. Ansb. 62. 63. Servus paratissimus sic ad omnia Domini sui mandata.

Salvian.

Reg. 3.

ret. D. l. d. Peculiariter modo, ait, aut servus tuus, D. M. d. or. in cunctis tibi obediens, & in nullo recusans. Tertio. In exordio sui libri præclarissima epistola de se Ioannes poterat evulgare illis, tamè ommissis solum se servum dei nuncupat, ac hoc nomine nihil præclarior; & illustrior. doctor gentium præsertim in Epistola ad Romanos ait: Paulus servus Iesu Christi; hoc sane consilio, ut illa stricissimo populo illustrius titulum proponeret, ne Romanorum factus ex contemptibili doctore, doctrinam contemneret; sed potius ex doctoris excellenti doctrinæ excellentiam, ac sublimitatem inferret. Chrysol. hom. 8. ad Ephes. Paulus, inquit, cum scriberet urbi adeo magna, orbis videlicet Dominum gerens, & de magnis dignitatibus glorians; tanquam quod ad illius dignitatem responderet, imò & quod multo esset majus comparabiliter, & Consulatum excederet, & regnum, & orbis principatum; hoc posuit, nempe, Paulus servus Iesu Christi. Ac si ex hujus tituli splendore illa vanâ Romanorum iactantiâ deprimeretur. Sic & Jacobus in sua Epistola exorsus est: Iacobus Dei, & Domini nostri Iesu Christi servus. Jacob. 1. n. 1. ab hoc titulo suam maxime dignitatem commendat didymus: Sicut mortales, ait, gloriam hominum appetentes, in suis conscriptionibus, dignitates, quas putant habere, præponunt ita Sancti viri in Epistolis, quas scribunt ad Ecclesias, principaliter profertur, se servos esse Domini nostri Iesu Christi, estimantes, hanc appellationem super regna totius mundi consistere. Quarto Carthusianus: Ioannis commendatur humilitas quod se Christi servum potius quam Apostolum vocat. Valde mirum, Christus illis, quibus communicat sua secreta, non servos, sed amicos dicit: cur ergo Ioannes, dum tot ac tanta mysteria ei aperiuntur, se servum vocat, cur non potius apostolum, Evangelistam, Theologum, seu discipulum, quem diligebat Iesus, ut his excluderetur omnis difficultas, ne quis dubitaret, quod hic liber legitima ejus esset proles; cum erga eam tanta dilectionis signa hic exhibeantur, ut ad tantam rerum cognitionem eleveur? Se tamen servum vocat, ac dicit, ea est justorum conditio, quod magis eveniunt, eò magis se ipsos humiliant, ac deiciunt. Tanquam cum intimo, ac singulari amico, ut est communis Patrum sententiâ, loquebatur deus cum Abrahamo; abditum secretum de subversione Sodome; ei aperiens dicebat, Num celare poterò Abraham que gesturus sum? & tamen in eodem colloquio cum domino, se terratum lutum proficitur: Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis, & cinis, Gen. 18. n. 27. quod et expendit D. Chryl. in c. 1. Isai ad illa verba: Væ mihi, quia tacui: Sic ait: Tales sunt omnes Sancti si quando quopiam cumulatiori potiuntur honore, tunc demissius se deiecerunt, ad hunc modum se gessit Abraham sermonem enim faciens cum Deo, se vocabat terram, & cinerem.

Tres pueri in fornace Babylonicâ inclusi ad divinas laudes invitant omnes creaturas, etiam valde humiles, ut gelu, frigus, terram, & omnia animantia, tam terrestria, quam aquatilia; se quoque eidem choro, omnium tamè ultimos ac novissimos, addiderunt, dicentes: Benedicite Ananiam, Azariam, Misael Domino: dan. 3. n. 88 Cur non potius omnium primi ad hanc harmoniâ prævolarent? Videbant ipsi, quod creatura tam celestes

coelestes quam terrestres, eis inserviebant, Angelus descendit de caelo, & exussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum rotis flantem. Ibidem n. 49. quis eos non tetigit; tenuis aura recreabat in medio fornacis, supra totius naturæ cursum: quomodo ergo cuncta etiam abjectissima sibi ipsis præferunt; Quam magis iusti; naturâ admirante, super universa erant elevati, tanto se omnibus inferiores, & abjectiores agnoscebant, inde in hoc choro sibi ultimum assignant locum. Theodor. orat. 3. ad hunc locum. Quia, ait, se ipsos ultimos eorum omnium, quæ creata sunt, existimabant, & omnium hominum abjectissimos.

coelestes

magis exaltatur, tanto magis humiliatur. Theod. Iustus quando magis exaltatur, tanto magis humiliatur. Apoc. 1. n. 2. Qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quæcumque vidit. Vers. 3. Beatus qui legit, & audit verba Prophetiæ hujus, & servat ea, quæ in ea scripta sunt: tempus enim prope est.

VERSIONES.

Arab. v. 2. Qui testimonium reddidit de verbo Dei, & testimonio Iesu Christi, & de his, quæ vidit oculatim, quæ sunt modò, & quæ futura sunt postea.

Tybur. Vatabl. Qui testificatus est sermonem Dei.

Marc. ex Græco. Verbo Dei, & de testimonio Iesu Christi, & de omnibus, quæ vidit.

Oecumenic. Vidit, & quæcumque audivit, & quæ oportet fieri post hæc.

Andreas Cæs. Vidit quæcumque sunt Aretas Anes. Modò, & quæ futura sunt postea.

Arab. vers. 3. Beati qui legunt, & audiunt verba hujus Prophetiæ; quique servant quod in ea scriptum est de hoc mundo caduco, tempus enim jam proximum est.

Syriacus. Beatus qui legit, & illi qui audiunt sermones.

Arias. Beatus legens, & audiens sermones.

Aretas. Opportunitas prope est.

EXPOSITIO II.

Qui, scilicet Ioannes, testimonium perhibuit Verbo Dei, seu de Verbo Dei, & testimonio Iesu Christi: Seu ut legunt Tygurina, Vatablus, testificatus est Verbum Dei. Quid alyps. Tom. I.

intelligatur hic per Verbum Dei, dubitatur. Viegas, Ribeira explicant de Verbo æterno dei, cuius divinitatem Ioannes ubique prædicavit. Alcazar, Cornelius, per Verbum Dei intelligunt doctrinam Evangelicam à Deo revelatam, ut est omnis scriptura, & hæc doctrina Dei in præsentia, non est aliud, quam testimonium Iesu Christi.

Tertio magis rem explicantes Menochius, Tirinus, sic exponunt Qui, scilicet Ioannes ab Angelo instructus de Verbo Dei, id est, de mandato, doctrinâ, sermone, nomine Dei, & Christi sibi prolato Et testimonium Iesu Christi; Quod scilicet Verbum Dei sibi factum, testimonium erat Iesu Christi, quod nempe tale verbum ei revelatum fuerat à Patre in primo instanti suæ Incarnationis, ut dixi Exposition. 1. & à Deo, ac Christo ad Joannem transmissum est per Angelum, nomine Dei, & Christi denuntiantem ei quæcumque vidit, ut toto hoc libro scripsit. Hæc expositio mihi magis arridet, quia tota mens Ioannis hoc loco est, ut magnam fidem, ac auctoritatem erga omnes huic libro conciliet, & idèd ait, quæcumque vidit, quod referatur ad visionem Apocalypseos, ut ait Cornel. hoc loco, & hac intentione subdit Apostolus, Beatus qui legit.

Beatus qui legit, ac si dicat, magnopere expedit ea quæ hic traduntur legere, audire, seu cognoscere, ac servare ea: Beatus qui legit. Beatitudo hic accipitur pro non consummata beatitudine, sed pro viâ, & medio ad beatitudinem, ut accipit Christus Matth. 5. n. 3. Beati pauperes; Beati qui lugent. Et additur; & audit: non dixit, audit, pro obedit ut vult Aretas. sed pro germano significato verbo audiendi. Ut Luc. 11. 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiant illud. Et quoniam omnes legere non poterant, sed eruditiores, oportuit addere, & audit. Et quia multò plures audiunt, quam legunt, habetur in Græco, audiunt in plurali. Beatus qui legit, & qui audiunt verba Prophetiæ, & servant. Et dicitur servant ea tum exequendo, qualia sunt monita, quæ dantur Episcopis & Ecclesiis Asiæ c. 2. & 3. tum etiam ea memoriâ retinendo, & servando, ut illi ad Dei obsequium, patientiam, ac martyrium excitentur, qualia sunt, quæ reconferuntur à cap. 4. usque ad finem.

Tempus enim prope est. Pro tempus in Græco est oportunitas, seu occasio, ut vult Ribeira, quasi dicat: Beatus qui hanc Prophetiam legit, & servat, quia prope est tempus, & oportunitas ubertim fructum ex ea capiendi; instat enim occasio promerendi beatitudinem, ac coronas æternas in cælis, per observationem divinatorum mandatorum, ac martyrium pro Christo.

Hucusque titulus est Apocalypseos; sequitur Epistola Dedicatoria.

QUESTIO XI.

Quam illustre testimonium de Verbo præbuerit Ioannes?

Qui testimonium perhibuit de Verbo Dei. Hoc est, Ioannes dat testimonium de sermone, doctrina, ac revelatione sibi transmissa B 3